



SMartinus natus est in urbe Sabaria Pannoniæ, quæ sita est non procul à Bresburga infra Viennam Austriae. Hahebat ea urbs, quæ Claudi Imperatoris Colonia fuit, suum nomen à flumine Sabaria, qui per mōtūm fauces infra Viennam eam urbem præterfluit. Ibi Christianis & Germanis parentibus ortus, in optimis disciplinis educatus fuit. Postea Ticini in Italia aliquandiu permanxit. Cum autem eo tempore, anno trecentesimo sexagesimo, Julianus Apostata contra Alemannos bellum gereret, atq; equestrī loco natos ad olescentes ad bellum cogeret, etiam Martinus in militiam ascitus est. In ea Romanae reipublicæ fidelem operam prestitit, atq; suam corporis & animi fortitudinem aliquoties declarauit. In Ambianorum urbe ad Somam fluuium media hyeme in platea ei obuam uenit mendicus nudus, quem pleriq; surdis auribus præteribant. Huic mendico ipse partem sagi militaris, quo iorte amictus erat, gladio abscessam attri-
buit. Sequenti nocte Christus illo ipso sago induitus ei apparuit, atq; angelis narrauit, se hac ueste à Martino donatum. Cum hanc uisionē percepisset, atq; amaret uirtutes & ueram religionē, ipseq; Julianus à Christiana doctrina defecisset, consuetudinis Imperatoris pertæsus, discedendi ueniam impetravit, atq; in patriam rediens sacrī literis operam dedit. Intellexerat autem tum S. Hilarium in Gallia eruditio[n]e & pietate alios omnes superare: itaq; ad eum proficisciens, per aliquot annos familiariter cum eo uixit. Eo tempore Arrianum mirum in modum Ecclesiam lacerabant, atq; Imperatores suas partes defendantes habebant. Verū Martinus à Hilario institutus Arrianis constans restitit, atq; Occidentalis Ecclesiæ fidem retinuit de filio Dei, quod ni-
mirum is nō & persona existat.